UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatvs Tres spirituales

**Arias, Francisco**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Cap. 17. De eodem mortificando, quoad visiones & apparitiones, ne facile œis fides præstetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59574

Visual Library

Lunæ, variamq; eius ſpeciem & mo-
tum, in dierum noctiumque viciſſi-
dines, in incrementa decrementaque
temporũ, in ſplendentium aſtrorum
chorũ, montibus collibusque, arbori-
bus, floribus, & animantibus omni-
in fontes & flumina, in maria toto or-
be ſparſa cum ſuis fluctibus, acceſſ
& receſſu, aërẽ cũ nubibus & ventis
deniq; volucrũ õnis generis & piſci-
infinitum exercitum. His Dei ope-
bus, in quibus diuina eius prouiden-
tia, potentia, ſapientia, bonitasq; mi-
biliter elucet, contemplandis homo
vt ſe ad maiorem Dei notitiam & a-
morẽ inflammet, vacare poteſt. Q
ſi verò etiam oculis mentis, quod
oratione mentali, luſtrare velit Dei
pera, tum veras delicias & volupta
offendet. Hæc omnia ille.

## CAPVT XVII.

*Quemadmodum mortificandus ſit ſen-
ſus, quoad viſiones & apparitio-
nes, ne facilè fides
eis præſte-
tur.*

SICVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SICVT mortificamus intellectum, qui animi oculus eſt, nō fidēdo illi in multis, quę tamen veritati cō-gruentia videntur, vt diximus de mortificatione proprij iudicij; ſic mortificare debemus oculos corporis, ne ſemper illis fidamus. Nam, vt viſus nō fallatur circa ſuum obiectum, & ratio diiudicet eum nō falli, nōnullæ requiruntur conditiones, cuiuſmodi ſunt, ſanitas & bona diſpoſitio organi, quies oculorum, medium clarum, vniforme, & non impeditum, diſtantia ab obiecto viſui proportionata, ac deniq; tēpus exercendæ viſioni accommodatum. Nam ſi aliqua harum conditionum deſit, facilè errabit oculus, & cum eo, ſi conſentiat, ratio. vt ſi organum viſus humore aliquo infectum ſit, omnia apparent humori ſimilia, vt viridi viridia, rubeo rubea, nigro, omnia muſcis plena; ſicut ſi per vitrū varij coloris ſpectes, omnia vario colore tincta apparent, ſi bacillum per aquam, ob motum aquæ, apparet curuus vel fractus. Sic ſi magnum intercedat interuallū res maximæ videtur paruę, & quę celerrimè mouentur, vi-

détur fixæ & immobiles, vt liquet
cæleſtibus aſtris, quorum cum que
longiſſimè ſuperent magnitudine
terræ, & velociſſimè agitentur, tam
ſpeciem præbent tantùm luminis
delę in cælo fixæ, nec motæ. Atq; hic
error viſus, omnibus exploratus et
notus. Sunt autem & alij ſapientibus
tantùm & exercitatis perſpecti, quos
opus eſt detegere, vt viſionum ſpiritu
lium errata facilius nobis innote
ſcant.

Etenim ſunt homines nonnulli
qui aut morbi, aut complexionis na
turalis vitio valdè ſunt melancholici,
& ob humores craſſos ac peſtilentes
in cerebrum ſubuectos tam vehemen
ter patiuntur imaginationes, vt quod
ſtatus cogitant, foris etiam externis o
culis ſibi videre videantur, ſiue ſint
res ad quas impenſè afficiuntur, vt
ſunt parentes, amici, ſancti quoque,
vel angeli vel homines quos in preci
bus inuocare ſolent, ſiue ſint res quas
horrent vel deteſtantur, vt ſunt hoſtes
infeſti, dæmones, ſpectra. Sic vide
mus auaros pecuniæq; addictos ad
minimũ nocturnum ſtrepitum vere

DE
ri, ne
& ma
occur
ſtus ra
ſolùm
tiaffir
que. &
nim d
ginan
quæ ſe
ſopore
tur, Q
bus, h
inqui
tem p
te ſicc
ſicut i
ad obi
videã
procin
pue &
lius in
in va
humo
Q
tur pr
vel de
tiò, ne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ti,ne fures domum inuaſerint,impios
& malè conſcios ad cuiuſuis hominis
occurſum,metuere ne à iuſtitiæ mini
ſtris rapiantur ad carceres. Hæc non
ſolùm Philoſophi,&artis medicæ gna
ri affirmant,ſed experientia ipſa quo
que & ratio confirmat. Videmus e-
nim dormientes ſomniare quæ ima-
ginantur;ac arbitrari ſe oculis cernere
quæ ſomniant,tamen , cum iudiciũ
ſopore ligatum ſit, apertè hallucinā-
tur. Quod ergo facit ſomnus in omni
bus,hoc vehemens imaginatio facit
in quibusdam non dormientibus, vt
nempe iudicium humorum denſita-
te ſic conſtringatur & obruatur, vt,
ſicut in ſomno, attendere non queat
ad obiecta externa, & tamen cernere
videātur,antequā videant.idq; accidit
procliuius,in fœminis,&alijs ætate parũ
prouectis, qui acriori imaginatione faci
lius in fraudem induci ſolent,quàm
in viris prudentibus,in quibus raró
humores iſti noxij dominantur.

*Claud. Caleſtinus de his, quæ mirè eueniunt.*

QVOTQVOT ergò deprehendun
tur prauis iſtis humoribus obnoxij,
vel debilioris cerebri,monēdi ſunt ſe-
riò,ne faciè fidem præſtent viſis an

gelorum, dæmonum, ſpirituum, & ſanctorum, ſed cogitent perinde ea obijcere oculis, ac phreneticis, & ardenti febre laborantibus ſe offerunt miranda, quæ vbi reualuerint, aduertunt nihil omninò fuiſſe. Si verò adhuc dubitent de viſorum veritate, conſulant Patres ſuos ſpirituales, vel alios in hac materia exercitatos, eorumque iudicio acquieſcant. nam vt aliquandò vera ſint, tamen approbanda non ſunt & acceptanda, niſi antegreſſo examine & ſententia illorum.

## CAPVT XVIII.

### *De mortificando ſenſu Auditus.*

SENSVS Auditus amore proprio vitiatus multas ſecum trahit inordinationes, ac vt omittamus eas quæ grauia & manifeſta crimina adiuncta habēt vt cū audire volumus occultos & infames proximorum lapſus, & ſponte aures præbemus cantibus laſciuis & fœdis, ſcurrilibusq; colloquijs nā à pœnitētiæ & confeſſionis cultello reſcindēdę ſunt; veniamus ad illas, quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN